Comentario de texto

Felix quem veritas per se docet, non per figuras et voces transeuntes: sed sicuti se habet. Nostra opinio et noster sensus saepe nos fallit: et modicum videt. Quid prodest magna cavillatio de occultis et obscuris rebus; de quibus nec arguemur in iudicio quia ignoravimus?

Grandis insipientia quod neglectis utilibus et necessariis: ultro intendimus curiosis et damnosis. Oculos habentes non videmus; et quid curae nobis de generibus et speciebus? Cui aeternum verbum loquitur: a multis opinionibus expeditur. Ex uno verbo omnia; et unum loquuntur omnia: et hoc est principium, quod et loquitur nobis. Nemo sine illo intellegit, aut recte iudicat. Cui omnia unum sunt, et omnia ad unum trahit, et omnia in uno videt; potest stabilis corde esse: et in Deo pacificus permanere. O veritas Deus: fac me unum te cum in caritate perpetua.O veritas Deus: fac me unum te cum in caritate perpetua. Taedet me saepe multa legere et audire: in te est totum quod volo et desidero. Taceant omnes doctores sileant universae creaturae in conspectu tuo: tu mihi loquere solus.

Quanto aliquis magis sibi unitus et interius simplificatus fuerit; tanto plura et altiora sine labore intellegit: quia desuper lumen intellegentiae accipit. Purus simplex et stabilis spiritus in multis operibus non dissipatur; quia omnia ad Dei honorem operatur: et in se otiosus ab omni propria exquisitione esse nititur. Quis te magis impedit et molestat; quam tua immortificata affectio cordis?

Bonus et devotus homo opera sua prius intus disponit: quae foris agere debet. Nec illa trahunt eum ad desideria vitiosae inclinationis: sed ipse inflectit ea ad arbitrium rectae rationis. Quis habet fortius certamen; quam qui nititur vincere se ipsum? Et hoc deberet esse negotium nostrum, vincere videlicet se ipsum; et cotidie se ipso fortiorem fieri: atque in melius aliquid proficere.

Omnis perfectio in hac vita, quandam imperfectionem sibi habet annexam: et omnis speculatio nostra quadam caligine non caret. Humilis tui cognitio, certior via est ad Deum: quam profunda scientiae inquisitio. Non est culpanda scientia, aut quaelibet simplex rei notitia, quae bona est in se considerata et a Deo ordinata: sed praeferenda est semper bona conscientia et virtuosa vita. Quia vero plures magis student scire quam bene vivere; ideo saepe errant: et paene nullum vel modicum fructum ferunt.

O si tantam adhiberent diligentiam ad extirpanda vitia et virtutes inserendas sicuti ad movendas quaestiones; non fierent tanta mala et scandala in populo: nec tanta dissolutio in coenobiis. Certe adveniente die iudicii non quaeretur a nobis quid legimus sed quid fecimus; nec quam bene diximus: sed quam religiose viximus. Dic mihi ubi sunt modo omnes illi domini et magistri quos bene novisti dum adhuc viverent, et studiis florerent? Iam eorum praebendas alii possident: et nescio utrum de eis recogitant. In vita sua aliquid esse videbantur: et modo de illis tacetur.

O quam cito transit gloria mundi. Vtinam vita eorum scientiae ipsorum concordasset: tunc bene studuissent et legissent. Quam multi pereunt per vanam scientiam in saeculo: qui parum curant de Dei servitio. Et quia magis eligunt magni esse quam humiles: ideo evanescunt in cogitationibus suis.

Vere magnus est: qui magnam habet caritatem. Vere magnus est: qui in se parvus est, et pro nihilo omne culmen honoris ducit. Vere prudens est: qui omnia terrena arbitratur ut stercora, ut Christum lucrifaciat. Et vere bene doctus est: qui Dei voluntatem facit, et suam voluntatem relinquit.

1. Bienaventurado aquel a quien la Verdad por sí misma enseña, no por figuras y voces que se pasan, sino así como es. Nuestra estimación y nuestro sentimiento a menudo nos engañan y conocen poco. ¿Qué aprovecha la gran curiosidad de saber cosas oscuras y ocultas, pues que del no saberlas no seremos en el día del juicio reprendidos?

Gran locura es que, dejadas las cosas útiles y necesarias, entendemos con gusto en las curiosas y dañosas. Verdaderamente, teniendo ojos, no vemos. ¿Qué se nos da de los géneros y especies de los lógicos. Aquel a quien habla el Verbo Eterno, de muchas opiniones se desembaraza. De este Verbo salen todas las cosas, y todas predican este Uno, y éste es el Principio que nos habla (Je., 8, 25). Ninguno entiende o juzga sin él rectamente. Aquel a. quien todas las cosas le fueren uno, y las trajere a uno, y las viere en uno, podrá ser estable y firme de corazón y permanecer pacífico en Dios. ¡Oh Dios, que eres la Verdad! Hazme permanecer uno contigo en caridad perpetua. Enójame muchas veces leer y oír muchas cosas; en Ti está todo lo que quiero y deseo. Callen todos los doctores; callen las criaturas en tu presencia: háblame Tú solo.

2. Cuanto alguno fuere más unido contigo, y más sencillo en su corazón, tanto más y mayores cosas entiende sin trabajo, porque de arriba recibe la luz de la inteligencia. El espíritu puro, sencillo y constante no se distrae, aunque entienda en muchas cosas, porque todo lo hace a honra de Dios; y esfuérzase en estar desocupado en sí de toda curiosidad. ¿Quién más te impide y molesta que la afición de tu corazón no mortificada?

El hombre bueno y devoto, primero ordena dentro de sí las obras que debe hacer de fuera. Y ellas no le llevan a deseos de inclinación viciosa; mas él las trae al albedrío de la recta razón. ¿Quién tiene mayor combate que el que se esfuerza a vencerse a sí mismo Y esto debería ser nuestro negocio: querer vencerse a sí mismo, y cada día hacerse más fuerte y aprovechar en mejorarse.

3. Toda la perfección de esta vida tiene consigo cierta imperfección; y toda nuestra especulación no carece de alguna oscuridad El humilde conocimiento de ti mismo es más cierto camino para Dios que escudriñar la profundidad de la ciencia. No es de culpar la ciencia, ni cualquier otro conocimiento de lo que, en sí considerado, es bueno y ordenado por Dios; mas siempre se ha de anteponer la buena conciencia y la vida virtuosa. Pero porque muchos estudian más para, saber que para bien vivir, por eso yerran muchas veces, y poco o ningún fruto hacen.

4. Si tanta, diligencia pusiesen en desarraigar los vicios y sembrar las virtudes como en mover cuestiones, no se harían tantos males y escándalos en el pueblo, ni habría tanta. disolución en los monasterios; Ciertamente, en el día del Juicio no nos preguntarán qué leímos, sino qué hicimos; ni cuán bien hablamos, sino cuán religiosamente vivimos. Dime: ¿dónde están ahora todos aquellos señores y maestros que tú conociste cuando vivían y florecían en los estudios? Ya poseen otros sus rentas, y por ventura no hay quien de ellos se acuerde. En su vida parecían algo; ya no hay de ellos memoria.

5. ¡Oh, cuán presto se pasa la gloria del mundo! Pluguiera a Dios que su vida concordara con su ciencia, y entonces hubieran estudiado y leído bien. ¡Cuántos perecen en este siglo por su vana ciencia, que cuidan poco del servicio de Dios! Y porque eligen ser más grandes que humildes, por eso se hacen vanos en sus pensamientos.

Verdaderamente es grande el que tiene gran caridad. Verdaderamente es grande el que se tiene por pequeño y tiene en nada la más encumbrada honra. Verdaderamente es prudente el que todo lo terreno tiene por estiércol l (Phil., 3, 8) para ganar a Cristo. Y verdaderamente es sabio el que hace la voluntad de Dios y deja la suya.

(Imitación de Cristo, l. 1 c. 3)